



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Sessio Tertia, Celebrata Die IV. Mensis Febrvarii, M. D. XLVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

¶ nomen ecclesiasticis & secularis interesse posse absq; decisio suffragio: generale enim concilium dicitur Synodum Episcoporum probat cap. Romana Ecclesia 15. dist. c. satis euidenter 96. dist.

¶ Insuper ipsa sacra Synodus, &c.] Quis ordo in sedendo & subscribendo, & in aliis actibus generalis Concilij seruandus sit? Vide caput final. 17. dist. cap. placuit el. 1. distinct. 18. cap. Episcoporum 74. dist. Petr. à Monte de potest. Pontif. rit. ordo assistentium in Concil. à nu. 1. & in Monarch. Concil. q. 5. Taboc. de Concil. li. 1. art. 2. pag. 20. cum seqq. Roch de Iure patron. verbo honorificum, qu. 42. Cassan. in Catalogo glorię mundi p. 4. confid. 23. Guerr. d. c. 52. §. 6.

SESSIO TERTIA,

CELEBRATA DIE IV. MENSIS

FEBRUARII, M. D. XLVI.

Decretum de Symbolo fidei

Hæc nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Hæc sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, in ea præsentibus eisdem tribus Apostolicę Sedis Legatis, magnitudinem rerum tractandarum considerans, præsertim earum, quæ duobus illis capitibus, de extirpandis Hæresibus, & moribus reformandis, continentur, quorum causa præcipue est congregata; agnoscens autem cum *a* Apostolo, non esse sibi consultationem aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spirituales nequitias in cœlestibus, cum eodem omnes, & singulos in primis hortatur, ut confortentur in Domino, & in potentia virtutis eius, in omnibus sumentes *b* scutum fidei, in quo possint omnia tela nequissimi ignea extinguere, atque galeam spei salutis accipiant, cum gladio spiritus, quod est verbum Dei. Itaque, ut hæc pia eius sollicitudo principium, & progressum suum per Dei gratiam habeat, ante omnia statuit, & decernit, præmittendam esse confessionem fidei; *c* *Pa-*

a Ephes. 6.*b* 1. qui respicit 11. q. 3.*c*

171113

trum exempla in hoc secuta, qui sacratoribus Concilijs hoc scutum contra omnes hæreses in principio suarum aetionum apponere consuevere: quo solo aliquando & infideles ad fidem traxerunt, hæreticos expugnarunt, & fideles confirmarunt. *Quare Symbolum fidei*, quo sancta Romana Ecclesia utitur, tanquam principium illud, in quo omnes, qui fidem Christi profitentur, necessitati conueniunt, ac fundamentum firmum & vnicum, contra quod a portæ Inferi nunquam preualebunt, totidem verbis, quibus in omnibus ecclesijs legitur, exprimendum esse censuit, quod quidem eiusmodi est:

¶ Credo in vnum Deum patrem, omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilibus omnium, & inuisibilem. Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula: Deum de Deo, lumen de lumine; Deum verum de Deo vero: genitum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt; Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu sancto natus ex Maria virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est, & resurrexit tertia die, secundum Scripturas: & ascendit in cœlum, sedet ad dextram patris; & iterum venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem; qui ex Patre Filioque procedit; qui cū Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur; qui locutus est per Prophetas. Et vnam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam: Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum: & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen.

Indictio futura Sessionis.

Eadem sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, in ea præli-

A 4

præli-

Rom. sub Vul.
2 Conc. Hispan.
in prin.
Conc. Con-
stant. 6. c. 17.
17. cum sim.
c. 1. dist. 1. c. 1.
baptiz. ar. dot.
cum seq. de
conf. ar. 4. c. 1.
1. de sum. 1. c. 1.
2. Mat. 16. c. 1.
in nouo 21
dist. c. salua
107. l. q. 3.

presidentibus eisdem tribus Apostolicę Sedis Legatis, intelligens multos Prælatos ex diuersis partibus accinctos esse itineri, nonnullos etiam in via esse, quò huc veniant, cogitantque omnia ab ipsa sacra Synodo decernenda, eò maioris apud omnes exultationis, & honoris videri posse, quò maiori fuerint, & pleniori Patrum consilio, & præsentia sancita, & corroborata; statuit, & decreuit, futuram Sessionem post præsentem celebrandam esse die Iouis, quæ subsequetur Dominicam Latere, proximè futuram: interim tamen non differri discussionem, & examinationem eorum quæ ipsi Synodo discutienda, & examinanda videbuntur.

R E M I S S I O N E S.

In nomine sanctę & indiuiduę Trinitatis] Concord. Apostolus ad Coloss. ibi, Quodcunque facitis in verbo, & opere, in nomine Domini Iesu Christi facere, Vide Lusitanum Ioannem Vallensem, Peixotium in addit. ad repet. Signaroli. de Homedæ. ad Rub. Cod. Qui admitti, n. 1. cum seqq. Mozz. de contractib. tit. quomodo contractus deficiat, à n. 27. nouissimè Fr. Paulin. Beiti Lucenf. in praxi crim. Regul. tit. 4. in princip. n. 6. Cald. Pereira de empt. c. 1. nu. 1. & 14. latè Stephan. Gratian. decis. 1. per totam.

β Non esse sibi collationem] concordat Apost. ad Ephes. cap. 6. & cap. qui resistit 11. q. 1.

γ Patrum exempla, &c.] Concordant Concil. Nicænum, Concil. Roman. sub Iulio 1. Concil. Constant. 6. act. 17. cap. 1. 19. dist. c. baptizandos de consecrat. dist. 4. c. 1. de summa Trinit.

δ Quare symbolum fidei] Symbolum dicitur à σύν, quod est simul, & βολος, quod est morsellus, quia unusquisque Apostolorum suum morsellum, id est, partem suam apposuit, gl. in Rub. de summa Trinit. Vel dicitur secundum Dionysium à σύν, quod est con, & βολυν, quod est sententia, vel conuenientia, quia de omnium Apostolorum conuenientia stabilitum fuit, Gregor. Lop. l. 1. verbo bocados, tit. 3. p. 1.

ε De fidei symbolo vide D. Aug. serm. 115. & 119. D. Ambr. serm. 38. de Ieiunijs Quadrag. D. Hieron. epist. 61. ad Pammachium, Turrecrem. lib. 1. lux sum. cap. 19. Bannes in 2. 2. D. Thom. q. 1. ar. 9. Reper.

Inquis. verbo Ecclesia, Ruffi. de symbolo fidei. P. Azori. instit.

moral. p. 1. lib. 8. c. 5. P. Ledef. in sum. p. 1.

tract. de doct. Christ. in
princ.

SESSIO